

gaudens, quæ potius propriam speciem constituit ac **Thrincia subglabra** Gdgr. nominandam videatur.

Tandem in opere meo *Flora Europæ*, XIV, p. 334, olim descripti subspecies duas *T. nudicaulis* affines, nempe :

- |  |                                  |
|--|----------------------------------|
| Involucrum et scapi glaberrima, folia tenuiter pilosa nec hispida obtuse dentata. — Madera, Ribero Sero, Rib. Sta Luzia ( <i>Mandon</i> n. 153!). . . . .  | <b>Thrincia maderensis</b> Gdgr. |
| Involucrum sparse hirtum, scapi hispidissimi, folia setosa ambitu ovato-lanceolata basi attenuata acute serrata. — Açores, Caldeira de Fayal ( <i>Thiébaut</i> n. 812!). . . . .                                     | <b>Thrincia azorica</b> Gdgr.    |
| Involucrum cum scapo hispidissima, folia setosa ambitu oblongo-acuta basi attenuata et pinnata, cæterum longe et acute dentata. — Açores, in insula, S. Miguel ad Sete Cidades ( <i>Carreiro</i> n. 902 A!). . . . . | <b>Thrincia nudicaulis</b> Lowe! |

G. Mandon, insuper sub eodem n. 153. *Thrinciam hirtam* Roth et *T. nudicalycem* permixte distribuit quæ, capitulis magnis, ligulis elongatis, etc., a planta europæa sat distinctæ sunt.

✓ **Xanthium pensylvanicum** Gdgr. — Inerme, folia ambitu deltoideo-triangularia subacuta basi truncata longe petiolata glabrescentia vix aspera obscure trilobata, lobis et dentibus obtusis, involucrum oblongum prorsus hamatum subpedunculatum glaberrimum lucidum, ejus spinisglabris breviter curvatis, rostra convergentia.

HAB. : America bor., Pennsylvania Delaware ad Darby Creek (*Mac Elwee* n. 1316!).

A *X. canadense* Mill. differt foliis glabrescentibus, involucro oblongo duplo minore glabro, etc.

✓ **Franseria californica** Gdgr. — A *F. Hookeriana* Nutt. differt pube tenuissima grisea nec muricata, ramis non scabris, foliis ambitu oblongo-lanceolatis remote pinnatisectis, racemis masculis laxifloris, involucri ♀ spinis rubentibus fere duplo (5-5,5 mm.) longioribus.

HAB. : California, ad San Bernardino (*Parish* sine n. !)

Herba viridi-grisescens prostrata ramosissima, caulis ut in cæteris speciminibus americanis (Oregon: *Cusick* n. 2429!; Montana: *Blankinship*!; Colorado: *Crandall*!) multo minus vel non hirto-muricatis.

**Campanula saxonorum** Gdgr. — Distinguitur a *C. propinquia* F. M. (sec. specimina authentica herbarii mei a Szovits in Persia bor. lecta!) indumento hispidissimo elongato strigoso (nec tenui vel pube minuta), calyce longe setoso, sepalis corolla subduplo brevioribus, foliis oblongis integerrimis apice attenuatis nec obtusis.

HAB. Anatolia, ad Amasia (*Bornmüller* n. 581!); Armenia, in monte Dolidayh (*Bornmüller* n. 3429!) et ad Gumuschkhane (*Sintenis* n. 6014!).

Specimina Szovitsiana 6-8 cm. alta sunt tenuiter sed scabride pubescentia, folia suboblonga obtusa, flores pauciores divaricatim pedunculati.

**Wahlenbergia planifolia** Gdgr. — Annuæ bipedalis glabra stricte ramosissima, folia oblongo-linearia lanceolata sessilia nec dilitata crassa marginibus plana integerrima uninervia, anthela ramosa, pedunculi uniflori valde elongati crassi sulcati, calyx glaber, sepala linearis